



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

CVII. Markgraf Johann befreiet zwei dem Kloster Lehnin im Dorfe  
Wustermark angehörige Hufen Landes von Diensten und Beden, am 7.  
Januar 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CVII. Markgraf Johann befreiet zwei dem Kloster Lehnin im Dorfe Wustermark angehörige Hufen Landes von Diensten und Beden, am 7. Januar 1317.

In nomine domini amen. Nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod pietate pariter et iusticia moti Conuentui monachorum in Lenyn pro grauaminibus et incommodis, per nos et nostros ipsis persepis illatis, duos mansos ipforum, quos in villa Wustermarke precariis et seruiciis oneratos hactenus possederunt, ab omni precaria et angaria ac seruicio curruum communi et priuato damus et conferimus eidem fratribus liberos penitus et exemptos, Item libertatem aliorum duorum mansorum ibidem ipsis per Magnificum principem dominum Hermannum marchionem Brandenburgensem, nostrum patrem karissimum, clare memorie, datam liberaliter et indultam, gratam et ratam habere uolumus ac ipsam tenore presentis scripti confirmamus, nostri Sigilli munimine roborati. In cuius nostre libertatis gratiam et euidenciam ampliorem nostrum Sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Ruleneftorp Anno domini Millesimo CCC°. Septimo decimo, jn crastino Epiphanie Domini.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

CVIII. Woldemar vereignet dem Kloster Lehnin einige Gewässer, welche er dem Kloster theils verkauft, theils zum Seelenheile der Markgrafen Hermann und Johann geschenkt hat, am 5. April 1317.

In Nomine Domini Amen. Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lucie Marchio, Recognoscimus in hoc scripto, quod ad honorem Dei omnipotentis in salutem Dominorum Hermannii et Johannis Marchionum felicis memorie Brandenburgensium et omnium nostrorum progenitorum ac Reuerende Domine Anne, Ducisse Wratislauenfis, nostreque animarum, mente pura et remunerationis spe secura dedimus et presentibus litteris damus Ecclesie Monachorum in Lenin Cisterciensis ordinis cum omni proprietate et hereditate aquas infra scriptas, in quibus vsualiter quadraginta et quatuor talenta reddituum Brandenb. denariorum obueniunt quouis anno: et ex istis redditibus antedictae ecclesie Leninenfi ob felicem memoriam Principum predictorum pure propter deum et testamenti nomine viginti duo talenta dedimus, alia autem viginti duo talenta a nobis pro ducentis talentis Brandenb. denariorum eciam alibi in elemosina datis, compararunt, et omnes iste aque pertinebant illustri Domicelle Conegundis, germane magnifici Domini Hermannii Marchionis, cum distinctionibus et metis subnotatis, adiunctis nominum significatis. Primo a ponte oppidi postamp in longum per stagnum Zwylow usque ad locum dictum marggreuenhorn ad latus villarum adiacentium, scilicet Capput et verch. Debet autem modus piscandi in aquis istis obseruari isto modo, quod piscatores dicte ecclesie habent eorum recia in longum aquarum et propiscaturam habebunt continue ante omnes. Alii autem, quibus piscatio in dictis competit aquis, postremo ex latere aduerso in latum tantummodo piscabuntur. Item stagnum Glinderfee et stagnum Plefo, Werfee cum stagno Heyde Botzin et stagnum quod dicitur Lynewitzerfee vel Witterfee, quod idem est, cum suis piscaturis. Item aliarum aqua-